

divinæ Majestatis tuæ , ut quotquot ex Æti omnis honor & gloria , Per omnia
hac Altaris participatione sacrofanciūm
Fili tui Corpus (t) & Sanguinem sum-
serimus , omni benedictione cælesti &
gratia repleamur . Per Christum Domi-
num nostrum .

Memento etiam , Domine , famulorum
familiarumque tuarum (illorum & illa-
rum (u)) qui nos præcesserunt cum si-
gna Fidei , & dormiunt in somno pacis.
Ipsis , & omnibus in Christo quiescen-
tibus locum refrigerii , lucis , & pacis ,
ut indulgeas , deprecamur . Per Christum (x) Filium tuum Dominum no-
strum (v) .

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis ,
de multitudine miserationum tuarum
sperantibus , partem aliquam & soci-
etatem donare digneris cum tuis sanctis
Apostolis & Martyribus , cum Johanne ,
Stephano , Matthia , Barnaba , Ignat-
io , Alexandro , Marcellino , Petro ,
Felicitate , Perpetua , Agatha , Lucia ,
Agnete , Cæcilia , Anastasia , & cum
omnibus sanctis tuis . Intra quorum nos
consortium , non æstimator meriti , sed
veniae , quæsumus , largitor admittit .
Per Christum Dominum nostrum . Pe-
quem hæc omnia , Domine , semper bo-
na creas , sanctificas (z) , vivificas , be-
nedicis , & præfas nobis . Per ipsum ,
& cum ipso , & in ipso est tibi Deo Pa-
o trimnipotenti in unitate Spiritus San-

Amen.

Oremus :

Præceptis salutaribus moniti , & divina in-
stitutione formati audemus dicere : Pa-
ter noster , qui es in Cœlis , sanctifice-
tur Nomen tuum , adveniat Regnum
tuum , fiat voluntas tua sicut in Cœlo ,
& in Terra . Panem nostrum quotidiana-
num da nobis hodie , & dimitte nobis
debita nostra , sicut & nos dimittimus
debitoribus nostris , & ne nos inducas
in tentationem , sed libera nos a ma-
lo (a) .

Liberas nos , quæsumus , Domine , ab om-
nibus malis præteritis , præsentibus &
futuris , intercedente beata & glorio-
sa semper Virgine , Dei genitrice Maria ,
& beatis Apostolis tuis Petro , & Paulo ,
(b) atque Andrea , da propitius pacem
in diebus nostris , ut ope misericordiæ
tuæ adjuti , & a peccato simus semper
liberi , & ab omni perturbatione secu-
ri . Per Dominum nostrum Jesum Chri-
stum Filium tuum , qui tecum vivit &
regnat Deus in unitate Spiritus Sancti ,
per omnia sæcula sæculorum . Amen .

Pax Domini sit semper vobiscum .

Respondetur :

Et cum spiritu tuo .

(c) Agnus Dei , qui tollis peccata Mun-
di , miserere nobis .

(t) Corpus & Sanguinem

(u) In margine leguntur hec nomina : Elisard Episco-
pus . Hodolricus Decanus . Fulcherius Decanus . Hes-
tius . Warino . Atrolitus . Eidoila . Duda Frotmundus
Decanus &c.

(x) Per Christum Dominum nostrum .

(y) Recentior manus addidit in margine Codicis Otho-
boniani : Memento mei , quælo , Domine , miterere , & hæc
sacrificia indignis manibus meis tibi offeruntur , qui nec
invocare dignus sum nomen sanctum tuum , quælo jam ,
quia in honore glorioi Filii tui Domini Dei nostri tibi
offeruntur , sicut incensum in conspectu divinae Majestatis

tue . . . odore suavitatis . . . accendantur , neque emun-
datum a delictis omnibus tibi Deo soli immaculatum con-
cede famulari . Per Christum Dominum nostrum .

(z) sanctificas & , vivificas & , benedic & , & præ-
fas nobis .

(a) a malo . Amen .

(b) arqué Andrea . Heic aliquod nomen extabat , ali-
cujs manu abrasum . Prosternit sequuntur hec alia : nec
non & beato Dionysio Martire tuo atque Pontifice , cum
focis suis Ruficio & Eleutherio : & beato Chlodoaldo Con-
fessore tuo , & omnibus sanctis , da propitius pacem &c.

(c) Hec desunt in Codice Othoboniano .